



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Doctrina Theologica D. Gummari Huygens In Quibusdam  
Speciminiibus Exhibita**

**Amstelbeeck, Rudolf von**

**Coloniæ Agrippinæ, 1691**

§. 17. Doctrina D. Gummari Huygens circa præcepta Ecclesiæ de audienda  
Missa; de jejunio; de sumptione cibi & potus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39044**

suo enuntiat severè. Ut tamen cogitationem suam sub larvata ratione instillet mollius, ita effatur: Dum vulgus audit, parvulos sine baptismo discedentes non puniri pœnâ sensus, verendum ne plurimi, potissimum impudici, propterea procurent abortum, alias non procuraturi. Hoc scrupulo ductus, concinnat hoc dogma. Quare non minus est populo salutaris, quam vera doctrina, quæ docet parvulos istos puniri pœna sensus; eamque et si putetur inter infernales mitissima, esse tamen absolute valde horrendam & atrocem, præterquam quod etiam sit aeterna.

## §. 17.

*Doctrina D. Gummari Huygens circa præcepta Ecclesiæ de audienda Missa; de jejunio; de sumptu cibi & potus.*

**E**Jus doctrina de audienda Missa, hæc est in Comp. reimpresso 1684. Impert. 80. pag. 327. Qui cum voluntate peccatum mortale committendi aut continuandi, Missam audit die festo, in Ecclesia & Dei præceptum impingit.

Leges & consuetudinem jejunii ita coarctat ibid. Impert. 55. pag. 322. Non solum naturali, sed & positivo jejuniū præcepto adversantur haec nimium generales Regula:

( 55 )

la: ante vigesimum primum, & post sexagesimum  
atatis annum non tenemur jejunare.

Et, liquidum non frangit jejunium. Ad-  
versatur D. Thomæ, & omnium Na-  
tionum Theologis, & communissimæ  
fidelium praxi.

Circa usum Cibi & Potûs postquam  
in dam. Comp. pag. 86. posuisset hæc:  
*Cibus & Potus sumendi sunt ex solo amore istius  
finis, ad quem à Deo ordinantur. Proximus finis  
est conveniens dispositio corporis; remotior functio-  
nes animæ; ultimus Deus ipse; Hanc juxta  
sua principia tradit doctrinam: Qui co-  
medit & bilit solummodo ob duos priores fines,  
non est ab omni omnino peccato immunis.*

§. 18.

*Doctrina D. Gummari Huygens  
circa Cultum sanctissimæ Vir-  
ginis, & Sanctorum.*

**M**odum præscripturus, quo sanctis-  
simani semperque Immaculatam  
Matrem venerari & coli oporteat, in  
Comp. reimpresso 1684. pag. 211.  
hunc ponit non dissimulatè. Deipa-  
ra non rectè colitur & amatur nisi propter Deum:  
adeo-